



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hermannii Conringii De Pace Civili Inter Imperii Ordines  
Religione Dissidentes Perpetuo Conservanda Libri Duo**

**Conring, Hermann**

**Francofurti ; Lipsiae ; Wittebergae, 1680**

Regula 6.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9585**

## REGVLA I.

**L**Icet urgente necessitate vel gravi periculo, præsertim Religionis, hæresin tolerare, dissimulando pœnam, & ea quæ ad ejus exercitium sunt necessaria concedendo,  
Quæ est permisso simplex, sive primi generis.

## II.

**L**Icet ex eadem causâ prohibere Catholicos, ne intempestivè hæreticos aggrediendo, vel lassendo, se & Religionem in majus discrimen conjiciat. Quæ est permisso secundi generis.

## III.

**V**Traque permisso licita est, vel ad tempus indefinitum, pro iisdem videlicet circumstantiis necessitatis duraturæ; vel determinatum pro certis annis, quibus moraliter certum putatur præsentes difficultates & circumstantias non desituras.

## IV.

**L**Icet utramque permissionem dicto modo promittere, sive Pacis causâ pacto firmare: pro iisdem videlicet circumstantiis necessitatis aut periculi. Non est tamen necesse eas exprimere, cum per se insint tali Paci.

## V.

**L**Icet & expedit hæreticis Pacis cœusā si aliter ea obtineri non possit, generalem Amnistiam seu oblivionem omnium injuriarum & maleficiorum concedere, quæ occasione belli contigerunt.

## VI.

**L**Icet necessitate urgente Tempa, Monasteria, aliaque bona Ecclesiastica hæreticis concedere, si altum sive merum imperium illis non cohæreat, neque vi pacti permittatur Jus reformandi.

## VII.

**N**On licet ullo casu hæresis permissionem absolutè sive in perpetuum promittere aut pacisci. Est enim id hæresi indirectè cooperari, & permisso tertii generis.

## V 2

## VIII.